

1184 parvitas merita, sed vestrae pietatis considerantes viscera in vestrum me consortium admittere dignemini.

Haec de visionibus eius brevidet perstinxit, ut insinuarem eum suum quoque prescuisse obitum, quibus id solum adicio, quod ab ore ipsius audiri, dum adhuc sanus esset. Dicebat enim, quia priusquam convalesceret in timore Dei, priusquam virtutes duceret in habitum, si quando forte dormitaret animo, si quando lassesceret in sancto studio, ilico per visum aliquis ~~sane~~ defunctorum, quem nosset vitam suam bono fine terminasse, sibi apparebat et redargutum ad normam rectitudinis reformabat. Scio etiam ex multorum relatione, quia in diebus iuventutis suae interior ille habitator pectoris sui postulabat ex eo gemitibus inenarrabilibus, et flebat vehementer tum in missis tum in aliis orationibus, at postquam seniit, siccatus est fons lacrimarum manente tamen ea devotione. Sed his omissis revertar ad historiam egritudinis suae necnon et mortis pretiosae, cf. Psal. 115. 15 qua glorificavit eum Dominus. Advenit festum purificationis beatae Mariae, in quo languido nostro tantam gratiam Dominus contulit, ut preter solam processionem, quam sequi non potuit, missam quam eatenus ministro se sustentante difficillime legendo celebraverat, tunc sollempniter decantaret, sorores propria manu communicaret, sermonem faceret licet heu ultimum in conventu fratrum et sororum, in quo magnam edificationem audientibus exhibuit. Thema sermonis fuit: Homo erat in Ierusalem, cum Luc. 2. 25

Wobu. gogonizum
vini lacrymarum
nosse inbriffis g

feb. 2